

ADVERSVM
ILLIBERALES LEONHAR-
ti Fuchsij, Medici Tubingensis, calumnias, Re-
sponsio Christiani Egenolphi, Typographi Francofortani.


HORATIVS.

*Mordear opprobrijs falsis, mutemq; colores?
Falsus honor iuuat, & mendax infamia terret,
Quem, nisi mendosum & mendacem?*



FRANCOFORT I, Ex officina nostra.

9.11 11



W woluminie kolejno współprawne sygnatury:

**Odręczny
spis tytułów**

SD 4122 II

SD 4123 II

SD 4124 II

SD 4125 II

SD 4126 II

SD 4127 II

Inc. 331

SD 4129 II

SD 4130 II

SD 4131 II

SD 4132 II

SD 4133 II

SD 4134 II

SD 4135 II

SD 4136 II

SD 4137 II

SD 4138 II

SD 4139 II

SD 4140 II

SD 4141 II

SD 4142 II

SD 4143 II

SD 4144 II

SD 4145 II

SD 4146 II

SD 4147 II

SD 4148 II

SD 4149 II

SD 4150 II

SD 4151 II

SD 4152 II

SD 4153 II

SD 4154 II

SD 4155 II

SD 4156 II

SD 4157 II

SD 4158 II

SD 4159 II


SD 4160 II

SD 4161 II

SD 4162 II

Inc. 331 b

Rkp. XVI wiek





In hoc libro contenta

- 1 Caxemes p. inera mediana, a de peste, Gab. f. yale p. 17. G.
- 2 Poptaria epigon medica, emde, Antierpie ad 62. L
- 3 Podagra liden elegiac p. Ed. Hesp. Plogitio, 31. C.
- 4 Febrio dialogis Hottentis, 14 brendin Luthon. A.
- 5 In C. Plinij l. 30 cap. 122. Magia Apologia Tuteny. G.
- 6 Masheoli test de artificiali memoria. A.
- 7 Ars memoriae Ge. Sibitij a pœniata alior. A.
- 8 Vithenta Exorata p. linn Cornarind. ad 45. Encl.
- 9 Nita ac Brachila p. Vity. Exor. aspenanda p. i. d. Aug. 8.
- 10 Ad illibet calumnias Fudij, rufio Egenolphi. B.
- 11 Disputa de testam na a mial seminis na D. Roth a.
- 12 Disp. Wensley Baion q. D. Roth. Aet.
- 13 Disp. Hominij Sheomey de morte Gori.
- 14 Disputa D. Amcebathij de pignemoria. D.
- 15 Disputationes duae D. Rothae p. Dolorandis aliq.
- 16 Disp. D. Amcebathij, de 180 Comitah.
- 17 Disp. Casp. Naey de Phebomina. ad 48.
- 18 Disp. D. Fendij, p. Rerpadhero doctorendo.
- 19 Disp. D. Menicoy de catharus, rudente Pehio. ad 49. C.
- 20 Disputa D. Roth cum Porstorfis de Thelamgha abay.
- 21 Allocatio a purgatio Sumat D. Naey, ad 51. C.
- 22 Disp. de plegione, 1 Hamilley & Flacq.
- 23 De lotione a balneis D. Amcebathij & Masheolis. E.

24. Disputa. R. Jacobi Tiliichij & Sincero & Nathero.
25. Diss. P. Rell, & Bodrio, Nachholdo.
26. Diss. de causis febrind in græc, V. Clavij.
27. Diss. P. Svin: Scheitij de Archi T. Bi. nativa.
28. De sang & pituita V. Peembach & 3 Doctores
29. V. Peembach & doct. V. Quast medica (D)
31. De calore & spiritus nativis diss. Meinerj & Steinnich. C.
32. De nino & eius quatuor V. Hoffmann & Scheitij
33. De lacte diss. Hufsen & M. Baroth. 34. Estasis Strack.
35. Elementa Hipp. & Gal. V. Peembach & M. Baroth.
36. Reta moderat. ratio V. Meinerj. C.
37. Cæ & principia certitudinis V. Tili. Regionoh. C.
38. Diss. de pfect. nativis diss. Lamm, Faysen.
39. Ougo & ea pfect. & Bernhardi Eincedling.
40. Cui. & pfect. V. Herring. Steinnich. 41. V. Kohnmayer.
42. Von ungeliefen. 43. Vom Meinen ^{bro. off} melf.
44. Facies & mores mense carum. 45. Caphys V. Pistor. E.

ADVERSVM

ILLIBERALES LEONHAR-

ti Fuchsi, Medici Tubingensis, calumnias, Re-

sponsio Christiani Egenolphi, Typographi Francofortani.

HORATIVS.

*Mordear opprobrijs falsis, mutemq; colores?
Falsus honor iuuat, & mendax infamia terret,
Quem, nisi mendosum & mendacem?*



FRANCOFORT I, Ex officina nostra.

ADVERSARY
LIBRARY OF THE
MEDICAL DEPARTMENT
OF THE ARMY

SD 4132 II



VD 16 E 542

H: 145 1658 (v)

ADVERSVS CALVMNIAS LEONHARTI FUCHSII Medici, Christiani Egenolphi Typographi, Responsio.



DIDIT anno superiore grādem librum herbariū, grandibus picturis refertū Leonhartus Fuchsius, Medicus Tübingensis, quem se mundo non satis magnificè obtrudere posse sperauit, nisi bonorum uiroꝝ operas, partim à me iam pridem, partim dudū etiam ante hæc tempora typis euulgatas (ipse scilicet solus extra omnem ingenij aleam positus) publicè carperet, & inter eas me quoq; dente, ut ait ille, Theonino circūroderet. Et hoc nō eo tantū instituto, ut libris ijs quos ipse de re herbaria typis aliquando euulgauit, in contemptum adductis, rei familiari meæ malitiosè incōmodaret, uerum etiā ut famam atq; existimationem meā labefactaret, meq; ipsum in inuidiā uulgò (etsi nulla à me adfectus unquam iniuria, imò hactenus ne uisus quidem mihi) adduceret. Hoc igitur cū amici quidam mei, qui rem aliquanto citius quàm ego cōpererant, ad me detulissent, equidē pudore pariter ac dolore tū corripiebar, uidens me tam indignè præter rem, nulloq; meo

merito traduci ab eo, quē ego, quanquam igno-
tum, inter bonos tamen ac doctos viros reputa-
bam: quare & ab eodem, tanquam minimē ca-
lumnioso, quiduis citius sperassem, quā hanc
plus quā Scythicam inhumanitatem. Quid e-
nim referebat, captata & ultro quæsita calum-
niandi occasione, (perinde ac si quis inermem
opprimere studeat) de Medicorum controuer-
sijs me incesse, ultroq; iniuriam ea in re mihi
facere, qui à Medica professione tantum non
prorsus alienus, h̄sce libris, qui singuli suos ha-
bent inscriptos autores, præter operā typogra-
phicam nihil quicquam impenderim? Quan-
quam igitur iam inde ab initio satis causæ habe-
bam, ut hanc iniuriā tam indignē, tamq; impu-
denter mihi illatam à me palā repellerem, idq;
etiam amici quidam mihi authores essent, qui
ipsi quidem in Fuchsum, cū ego nil tale ad-
huc cogitarem, ultro sua scripta mihi euulgan-
da offerebant: attamen quæ mea in quoscunq;
doctos & studiosos obseruantia cōsuevit esse,
patienter ferre quicquid huius rei fuit, omnino
constituebam: maximē cū uiderem & alios
quosdam, quibus tamen ille pleraq; sua debet
accepta, consimili modo ab eodem, nō citra in-
gratitudinis notam, indignē proscindi. Putabā
igitur

igitur ex hac communicatione mali, ut fit, dolo
 ri meo solamen quasi quoddam petendum mi
 hi esse. Cum primis autem optimi uiri Hierony
 mi Tragi, cuius equidem uicem sæpe dolui, ex
 emplum me mouebat, cuius pietas singularis, in
 tegritasq; ac in Medicina summa diligentia, lō
 gē aliam laudem & gratiam merebatur, quā
 quæ huic à Fuchso isto relata est, qui cum ex il
 lius opere Germanico, plurima, suo ingenio us
 surpando, transsumpsisset, mox gratitudinis er
 gō scilicet, ipsum autorem grauissimis contume
 liis affecit. Id quod ille ipse iam pridem epistola
 quadam ad me humaniss. scripta conquestus
 est, misso etiam longo eorum quæ sibi à Fuchso
 surrepta essent, catalogo, quem, suo nempe tem
 pori reseruandum, hic nunc nihil opus est inse
 rere. Vsq; enim adeo suppilator ille huius uiri
 scripta & inuentiones, ne per somnium quidem
 alioqui sibi obuersatas, usurpauit, ut ne dedica
 toriam quidem epistolam citra hasce direptio
 nes satis potuerit consarcinare: quæ omnia ta
 men pro suo ingenio callidè dissimulat uulpes
 illa, asserēs etiam propemodum iam absoluto
 suo commentario, Tragi scriptum Germanicū
 prodixisse: cū contrā cōstet triennio antea ex
 cusum, interq; imprimendum uel singula folia

Tragi, à prælo adhuc madida, Fuchſio transmiſſa, quibus amplum illum ſuum centonem (ſic enim à plerique uocari audio) ſuffarciret. Vt ne dicam interim, quòd quicquid in eo alicuius frugis habetur, Ruellio, Manardo, cæteriſque clariſſ. Medicis debere iſtum plerique dicant. Huius igitur uiri opt. atq; doctiſſimi inquam exemplo commotus, proteruos iſtius Vulpis gannitus, ut dixi, ſilentio præteriturus eram, præſertim cum non deſint alij, qui editis libris, obſcenæ iſti beſtiolæ pellem pro dignitate norunt excutere. Habet enim, qui ſuis, ut inquiunt, coloribus ipſam depingant, Brachelios nimirum, Puteanos, & Montuos, uocitantes illum, ut ipſorum
 „ uerba huc adiſciam: perfrictæ frontis homi-
 „ nem, plagiarium, contumelioſum, impuden-
 „ tem, iniquum, inſanum, blateronem, bardum,
 „ iactatorem, bullatis nugis turgentem, menda-
 „ cem, Philoſophaſtrum, qui ne pictum quidem
 „ uiderit Ariſtotelem, nequitioſum, dementem,
 „ Anticyram relegandum, potatum helleborum,
 „ ſurreptorem, cauillatorem temerarium, clamo-
 „ ſum crocitatorem, ſimiolum ac ſuppilatorem,
 „ nihil aliud q̃ centones conſarcinare ſolitum, ſuo
 „ corū more, alieno labore partis fruentem, alie-
 „ niſq; plumis, ueluti graculus ille Aefopicus, ſuo
 „ perbientem,

ADVERSVS FVCHSII CALVMNIAS.

perbiētē, prorsus eluscatū, nihil aliud ineptis 33
 suis, calūnijs potius q̄ eruditione refertis libellis 33
 studentem, idq; modò agentem, ut quæ ab alijs 33
 tradita sunt, uel ipse insectetur, uel ut inter sua 33
 referat, Paradoxis suis, hoc est, cœcis insomnijs 33
 adscribendo: nam Errata sua Medicorū, cōtu. 33
 melijs locupletata, incudi reddēs, interpolata in 33
 scriptione, uocauit Paradoxa, quo uidelicet tis 33
 tuli nouitate emptorem circumueniens, librum 33
 ipsum uendibiliorē faceret. Præterea & Thessa. 33
 lum illū peritos ferè omnes Medicos cōuitijs in 33
 sectantē, omnesq; à se dissentientes uituperantē, 33
 iniquissimū iudicē, ratione & experientia pror 33
 sus destitutū, rideri magis quàm refutari meren 33
 tē, quouis uerē medicinæ catechumeno postha 33
 bendū, nullius frugis, indoctē, turpiter pericu. 33
 loseq; errantē: ubi se uictū cōspicit, ad cōtumeli 33
 as prosilientē, et impudenter mentientē, præter 33
 meritū lancinantem. Atq; his quidem uerbis illi 33
 quos modò nominaui uulpeculā hāc describūt,
 præsertim D. Sebast. Montuus, Medicinæ pro-
 fessor sexagenarius. Ille uerò uir clarissimus, qui
 à quibusdā uulpi huic in exemplū atq; emulatio-
 nē propositus esse credit, Leonem puto, qui ha-
 ctenus generosos illos suos ungues in tam uili cy-
 nalopece defœdare dedignatus est, ille inquam
 etiam

RESPONSIO CHR. EGENOLPHI

„ etiam ita obrugiens inquit : Haftenus quidem
 „ furto, & rapinis clandestinis Vulpecula se sub
 „ dolè sustentauit. Iam uerò etiam obgannire au
 „ det Leoni, qui & COR habet de illa ulciscens
 „ di, & NARibus minimè obesis præditus, illā
 „ indagare potest : & IV S tē, malè de ipso meris
 „ tam conficere. Et profectò ipsa sibi ipsi, Germa
 „ nico facto prouerbio uates fuit, cū se apud pel
 „ lificem, in aqua excoriatoria reperiendam di
 „ xit, Marsiæ uidelicet illius fatum subiturā. Ha
 „ stenus Leo ille. Hos igitur cū haberet Vulpes
 „ cula, ut dixi, quibus, si quid posset, obuiā ire de
 „ beret, putabam equidem aliquantisper superse
 „ dendum mihi, meq; ipsum aliorum certaminis
 „ atq; uictorię spectatorem potius quā proprię
 „ fabulæ Actorem debere esse. Verū quia eadē
 „ illa Vulpes calumniandi finem non facit, egoq;
 „ illi usq; adeò idoneus uisus sum, quem calami ui
 „ rulentia impetat, suisq; sycophantijs, immeritū,
 „ extraq; suam sortem & professionem positum,
 „ perinde ut morionem, aut mancipium aliquod
 „ suum, spectatoribus ludibrio exponendum, &
 „ quasi triumpho aliquo producendum existima
 „ uit, cogor trahentem sequi necessitatem, & hoc
 „ qualicunq; scripto innocentiam meam aduer
 „ sum calumniosas hasce iniurias tueri. Te itaq;
 „ candide

ADVERSVS FVCHSII CALVMNIAS.

candide lector, quem incautum forsan, huius
delatoris calumniæ à me aliquantum abaliena-
runt, obtestor, ut meis hisce legendis semihoru-
lam perdere ne graueris: ut enim uerborū pom-
pa, bullatisq; commentis inferiorem, ita æquita-
te, candore, adeoq; causæ huius iusticia longè su-
periolem deprehendes. Quapropter innocenti-
am meam ab huius maleuoli calumnijs uendi-
care, quoad uiuam, nunquam desinam. Quan-
quam equidem neminem puto, equitatis modò
amantem, fore, qui hanc, inuito mihi extortam
defensionem à grè laturus sit, cum etiam rei do-
mesticæ meæ ratio exigat, Momi huius, in alie-
na domo curiosuli, in quoscunq; sine populi suf-
fragio censuram sibimet sumentis, contumelias
ne lutori quidem ferendas, ab operis meis ar-
cere. Quare ut ad criminationes illius tandem
ueniamus, & quibus ipse modis ab illo diffama-
tus sim, refellendi causa, proponemus.

In epistola nuncupatoria suo Herbario libro
præmissa, Fuchsius post uarias illas de Medicis
censuras, satisq; mordaces suggillationes, me
quoq; Fabulæ suæ intexuit, dictitans: inter o.
mnes herbarios libros nullos esse, qui plus cras-
b

„ sissimorum errorum habeant, quàm quos Ego
 „ ediderim: multis in locis unam atq; eandem her-
 „ bam pro duabus tribusue, ñsq; & forma & fa-
 „ cultatibus distantibus, me pingere. Sic ex uno
 „ Polygonato, Dictamnnum & Elleborum album
 „ facere: una etiam pictura Atriplicem & Mercu-
 „ rialē exprimere, & nescio quæ alia. Seq; maiorē
 „ in modū mirari, cur meis pyxidibus non appin-
 „ xerim etiam assidentes pharmacopolas, aut illo-
 „ rum ministros præcinctos corio, cū melli ad-
 „ uolantes muscas, & aquæ naues, atque in ñs ad
 „ transtra sedentes nautas adhiberi curauerim.
 „ Postremū me non magni facere cōmoda stu-
 „ dioforum, et ad rem augendam magis attentum
 „ esse. Hæc sunt præclara illa, quæ censori isti in
 „ me arguenda, seu potius cauillanda uisa sunt.
 „ Principiò igitur facilè adducor ut D. Montuo,
 „ (qui illum prorsus eluscatū scribit) iam credam,
 „ quum non uiderit singulis meis libris suos inscri-
 „ ptos autores, eorumq; æditionem mihi, quasi
 „ ego sim autor, attribuat: quum ingens esse di-
 „ scrimen inter autorem, & impressorem libri a-
 „ licuius, nemo nesciat. Sed quid mirum adeo,
 „ quum idem eadem lusciositate, prima statim pa-
 „ gina pharmacopolam, quem in illa æditione
 „ tantopere

ADVERSVS FUCHSII CAL VMNIAS.

tantopere desiderat, præ cinctum corio, fundentemque pistillo elleborum, quo cerebrum purget Vulpeculæ, non uidit: Contrà autem, dulcedine, opinor, illectus, melli aduolantes muscas, naues, & ad transtra sedentes nautas, & piscatores tam probè ac faciliè animaduertat? Nam quod de herbarum metathesi mihi exprobrat, non assequor, nisi quèd in Latino Botanico, Dorstenio Authore, per nos in lucem adito, altera Didiæni pictura redundat. Si uerò Germanicum notat, aliter habet, ubi Atriplicis pictura deest, & circa Mercurialem habetur, Neque recens est error, eam Polygonatis speciem pro Helleboro albo accipi, nedum pingi, quod commonstrant exemplaria ante annos lx. impressa. Itaque hic subit memoriæ, quòd D. Montuusscribit, Fuchsum istum libidine inanis gloriæ, sibi met solere confingere errores, qui faciliè refutari queant, quos alijs & falsò & impudenter adscribere audeat. Sed ô, fingere qui non uisa potest, hic, ut ille ait, Nig ger est.

Vt cunque hæc sint, nihil curat Hippocli des, Quod Medicorum est, Mediciti acient,

RESPONSIO CHR. EGENOLPHI

fabrilia fabri. Hic tantum abest ut me offenderit Fuchsius, ut etiam gratiam illi habeam. Ac mihi quidem propemodum placere iam coeperam, quum uiderem me ab hoc omniscio Hippia, pro eo haberi, qui etiam libros ædam in publicum: & ioco suo dignatos meos nautas & muscas. Quamuis pari ioco uicissim rideri poterat ridiculus ille ficulneus deus Lampfacenus, horto suo præfectus, lupina uulpinaq; turgidus, circumquaque holosericus, alieno sanctab istius inuerecundi Dei, quem penè nominaueram, habitu, non quidem falce lignea, sed, puto, nasturtio conspicuus.

” Addit uerò deinceps, me non magni facere
” commoda studiosorum, & ad rem augendam
” magis attentum esse. Iniurium istud, & mendax esse iudicium, progressum ex mera inuidia, quis non uidet? præsertim de ignoto, quem ex facie, unde uulgo *φυσιογνωμονεῖν* consueuere, nunquam uiderit: nec uerbo nec scripto ullo cognouit: quod quàm deceat hominem, cui uel mica bonæ eruditionis, humanitatis, nedum Christiani spiritus insit, iudicent alij. Sed pellem fortasse, mentem nunquam mutabit Vulpes. At

At secus de me, quotquot nouerunt me studio-
 si, confido, iudicant & scribunt, nimirum tales
 uiri aliquot, quorum ne umbram quidem Vulpes
 assequetur unquam, quorumq; monumen-
 ta uiuent, cum iste Fuchsi calumniosæ obtre-
 ctationes, & Myropolia & cloacas opplebūt.
 Et nolim equidem illi placere, cui præter sua cō-
 menta paucissimi placent. Quid enim aliud egit
 philautia planè occæcatus ille, quàm ut omnib.
 qui de re herbaria scripsere explosis, solus ipse
 cum suo isto centone regnet? Sed falsus est ha-
 ctenus sua opinione, sumus enim, gratia super-
 ris, circa has nostras, quantumuis simplices mu-
 scas cum aluearib. hætenus satis dextrum Mer-
 curium experti, rumpantur utilia Codro. Fuch-
 sus interea uendat Sardos suos uenales & reuē-
 dat, uertat, conuertat, & ut ille ait, mutet quas
 drata rotundis, Deniq; uulpinas etiam caudas
 & pelles, si placet, producat, & cui uult ipse ia-
 ctitet, longè scilicet à uicinis dissitus, extollatq;
 magnificentissima isthæc sua quantū libet, nos-
 tra nihil refert: nobis sat erit, sincero lectori no-
 stras simplices operas, simplici etiam mercedu-
 la exhibere: cuius neminem adhuc pœnituisse
 compertum habemus. Contrà uerò quàm is stu-

dioforum commoda parui faciat, alienoq; in
 commodo & iniuria rem augeat, testentur illi,
 qui aliquoties huius scripta, titulationis nouita
 te, ut Montui uerbis utar, circumuenti, secun
 dariò emerunt, cùm eadem antea domi habue
 rint, titulo uidelicet alio inscripta, re ipsa autem
 ne teruntio quidem meliora. Conqueruntur
 idem hodie optimi olim uiri Ioannis Secerij ty
 pographi hæredes, qui cùm ab obitu parentis,
 pro exemplari in VI. Epidimicorum Hippocra
 tis, per Secerium impresso, omnem eam pecuni
 am, quam autor Fuchsus exigebat, soluendo
 non essent, is euestigio eundem librum, immu
 tato titulo, alteri uendidit, ita ut Secerianos sua
 recens excusa exemplaria, pro inutili charta,
 magno suo incommodo, Myropolis tradere
 oportuerit. Hoc scilicet est cōsulere commodo
 studiosorum, & proximi. Quare, ut aliud nihil
 addam, uel hinc palam est quanta huic homini
 insit uel humanitas uel æquitas. Tametsi idem
 etiam recens ista in Ryffum Apologia satis de
 clarauit, ubi mea patientia, qua hucusq; omnes
 priores contumelias & conuitia illius fortiter
 pertuli, improbè abuti non desinit. Quanquam
 enim mea nihil intersit quicquid illi cum Ryffo
 simultatis

simultatis est, quandoquidem ille ipse suas tueri partes potest: quia tamen inuidiosè adeo Dioscoridem à me impressum planè deprimere nititur, adeoq; immisericorditer nobis incommodare, nō possum hac indignitate rei non cōmoueri. Veruntamē uoto illū suo frustratū iri spero, neminemq; fore qui huius inuidiosis & cōtumeliosis scriptis, à nostra editione absterreatur. Cauilletur bapyrū, typos, & picturas nostras quantū uolet Fuchsus, quandoquidem nil moramur Vulpes aut Lupos Lectores & emptores, habebimustamē, & satis, ut spero, qui nostram tenuitatem sint boni cōsulturi. Nunq̃ nobis consultum uisum fuit, studiosos magna mole librorum grauare, & emptorem pecunia, ut ille ait, emungere, coacernatis sub nouam intitulationem, ex Galeno, Dioscoride, Plinio, ceterisq; quos antea domi habent, autorib. uel integris capitibus, (hoc enim modo qui uis sciolus immensa infinitaq; uolumina facile compilarit) sed ut quæq; à bonis ac doctis uiris nobis offeruntur, ita eadem quàm simplicissimè ac minimè arrogāter excudere solemus, illud uidelicet spectantes, ut neq; bonorum uirorum diligentia atq; opera pereāt, & studiosi quàm minimo

suo sumptu frui illis possint. Quòd autem herbarum imagines nostræ quædam (quarum uel sex ceteræ nobis domi sunt, plus octennio antè Fuchsi Commentariū euulgatæ) illius picturis quædam tenus respondent, non usq; adeò debebat homini bilem commouere: De hoc pictores ceterare, seq; mutuò æmulari poterint. Studiosi uerò non uideo quid hinc aliud, nisi imaginariam quandam herbarum notitiam consequantur, illud potissimum spectantes, si quis naturas, uires, adeoq; in Medicina usus herbarum tradat fidelius, cæteram florum ac fruticum odorem iucunditatem, amœnam, uiuamq; formā, è nemoribus pratis & hortis petitori. In illis, quæ aliter pingi quàm parens profert natura, nō possunt aut debent, si quid uenustatis est, ea gloria soli creatori debetur Deo, proxima pictori, qui earū lineamenta quàmproximè imitatus fuit. Nam terra effodere qui uis hortulanus potest. Esset tamen & sua gratia Fuchsi diligentia, si nō usq; adeo se in coelum eueheret, plerisq; alijs præ se contumeliosè contemptis. Interim erga hortū suum tanta laborans zelotypia, ut maiorem eius curæ partem in rubrum illum deum, horti custodē, ceterosq; uigiles conuerterit, puta, ne quisquam impune maceriem illius transceadat.

Quam

Quam tamen aduigilandi prouinciam nunc de
 nuo cuidam in eo negotio satis gnauo, deman-
 dauit, qui ea dexteritate præditus est, ut nihil si-
 nistri domino suo confecturus sit. Et nobis in-
 terea nostræ non deerunt uigiliæ, de incursio-
 nibus in nostra uireta, quodammodo præmo-
 niti. At Ryffus cum pruina, ut puto, pro istius
 tempestatis natura, non incommodè desuper
 irruit in hortum, ueluti Iupiter olim per implu-
 uium. Adeoq; hic non satis cautus fuit Fuch-
 sius: potuisset enim paruo precio uelamen ali-
 quod textum ab araneo sibi comparare, quo il-
 lum suum totum hortum potuisset obducere,
 adq; omnes talium tempestatum iniurias, ac præ-
 donum incursiones protegere, quo minus ne-
 cesse foret, tantum catalogum, horto suo eruto-
 rum, illum cõtexere. Quanquam, bone Iupiter,
 si eodem modo quis cetera corradere uelit, quæ
 Fuchsius aliunde transumpta sibi usurpauerit,
 cogereetur idem, ut audio, oïa illius scripta, in-
 star teli Penelopes, retexere. Repetant ergo sua
 Manardus, Ruellius, Cornarius, uterq; Cor-
 dus, Tragus, ac ceteri. propediemq; uidebimus
 ad uiuum usq; excoriatam, nedum alopecia la-
 borantem, planeq; depilatam uulpe culam. Quod
 fatum

fatum illi iamdudū ominatus est D. Montuus,
 in hęc uerba scribens: Si super furto damnum
 " capitale constitutum sit, ut sectione problema
 " tum xxix. Aristoteles memoriæ prodidit, non
 " posset Fuchsius iustam de omnibus, quæ inuo-
 " lauit, poenam luere, nisi ceu hydra, multorum
 " capitum bestia esset, quorum aliquot excisis, to-
 " tidem continuò renascerentur. Debat uerò
 tantus uir mitius agere cum hominibus, in quos
 nihil illi iuris, & à quibus nunquam sit læsus,
 cumq; solis suæ farinae & ordinis uiris conten-
 tiones & iurgia sua miscere, non tentare crassa
 ingenia, quæ non nisi crassè possunt respōdere.

Atq; hæc quidem ipsi ad maledicta istius de-
 tractoris, hoc tempore respondimus, idq; pro
 nostro ingenio, nostroq; modo sufficere puta-
 mus. Quod si autem ultrà lædere perget, fortas-
 sis ut ille alienis uestiri plumis gaudet, ita nos si-

mili quoque arte utemur, & graculo isti,
 pennis aliunde assumptis, sibi ipsi ap-
 plaudenti, nos quoq; aliunde
 quæsito auxilio atq; ope-
 ra, obuiam uenien-
 mus.

